UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch VIIII - X

Livius, Titus

Berlin, 1890

Buch X

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-2376

Visual Library

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER X.

1 L. Genucio Ser. Cornelio consulibus ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniae deductae. Albam
2 in Aequos sex milia colonorum scripta. Sora agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites; eo quattuor milia hominum missa.
3 eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data. Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos conpertum, capitaque coniurationis eius quaestione ab consulibus ex
4 senatus consulto habita virgis caesi ac securi percussi. tamen ne prorsus inbellem agerent annum, parva expeditio in Vmbriam

1—11. Die Zeit zwischen dem zweiten und dritten Samnitenkriege.

1. Anlegung von Kolonieen; Krieg in Umbrien und gegen die Äquer.

1. *ferme*] im ganzen; ist wohl wegen des Folgenden (§ 4) hinzugesetzt. — *Soram*] wie Alba eine latinische Kolonie; nachdem es zweimal abgefallen und eine Zeit lang teils im Besitze der Samniten gewesen war (*possederant*), teils eine römische Besatzung gehabt hatte (vgl. 9, 23, 1. 24, 14. 43, 1. 44, 16), wird es jetzt von neuem gegründet, um das Liristhal zu decken; s. 7, 28, 6. — *Albam . .*] Alba am Fucinersee (Alba Fucentia), einer der festesten Punkte Italiens, 'der Schlüssel zum Marserlande'; die Kolonie wird gegründet, um Marser und Äquer niederzuhalten und die Samniten von Etrurien abzuschneiden; s. zu 45, 42, 4.

2. *quattuor milia*] vgl. 9, 28, 8. — *Arpinatibus*] gleichfalls im Volskerlande; s. 9, 44, 16. Sie erhalten die *civitas sine suffragio* (s. 8, 14, 10; 38, 36, 7), ebenso die Trebulaner; doch ist nicht zu entscheiden, ob die kampanische Stadt an der samnitischen Grenze (s. Nieb. RG. 3, 314) oder eine der beiden sabinischen, Trebula heifsenden Städte gemeint ist.

3. *Frusinates*] die Bewohner von Frusino, im Gebiet der Herniker; die Stadt wird eine Praefectura, ebenso Arpinum; vgl. zu 9, 43, 24. — *tertia*] s. zu 8, 1, 3. — *parte . . damnati*] wie *pecunia, capite damnari*; gewöhnlicher ist *multare*; s. 8, 11, 13. — *conpertum*] näml. *est*; s. zu § 5. — *capita . . percussi*] s. zu 8, 11, 13.

4. *ne . . inbellem agerent annum*] vgl. 43, 12; 9, 45, 10. — *in Vmbriam**] die Bewohner der Gegend können sich selbst nicht schützen, da sie sich den Römern unterworfen haben und wehrlos sind; s. 9, 41, 20.

facta est, quod nuntiabatur ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. in eam speluncam penetratum cum signis est, et ex loco obscuro multa vulnera accepta maximeque lapidum ictu, donec altero specus eius ore — nam pervius erat — invento utraeque fauces congestis lignis accensae. ita intus fumo ac vapore ad duo milia armatorum, ruentia novissime in ipsas flammas, dum evadere tendunt, absumpta. 5 6

M. Livio Dentre *M.* Aemilio consulibus redintegratum Aequicum bellum. coloniam aegre patientes velut arcem suis finibus inpositam summa vi expugnare adorti ab ipsis colonis pelluntur. ceterum tantum Romae terrorem fecere, quia vix credibile erat tam adfectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos, ut tumultus eius causa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus. *is* cum M. Titinio magistro equitum profectus primo congressu Aequos subegit ac, die octavo triumphans in urbem cum redisset, aedem Salutis, quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit. 7 8 9

Eodem anno classis Graecorum Cleonymo duce Lacedaemonio ad Italiae litora adpulsa Thurias urbem in Sallentinis cepit. 2

5. *ex*]* — *maximeque*] *que* = und zwar. — *utraeque fauces*] s. zu 9, 12, 2. — *fauces .. accensae*] eine freie und kühne Ausdrucksweise statt *ligna in faucibus accensa*; vgl. 22, 17, 2. — *accensae*] näml. *sunt*; s. § 3; 17, 9. 29, 8. 30, 4. 31, 4. 33, 6; 42, 31, 2; zu 27, 5, 9; vgl. Tac. Ann. 14, 23.

6. *novissime*] zuletzt.

7. *Dentre*]* — *Aequicum*] findet sich nur hier und 3, 4, 3. — *patientes*] näml. *Aequi*; sie haben einen bedeutenden Teil ihres Gebietes an die 6000 Kolonisten abtreten müssen, und die Kolonie ist eine Zwingburg (*arcem*).

8. *vix credibile erat*] besonders da sich Liv. 9, 45, 17 zu stark ausgedrückt hatte. — *per se*] man vermutete, dafs die Samniten oder Etrusker die Anstifter des Aufruhrs seien. — *Iunius*] s. 9, 43, 25.

9. *Salutis*] s. 9, 43, 25; der Tempel stand auf dem Quirinalis; vgl. Val. Max. 8, 14, 6; Plin. 35, 19: *cognomina ex ea* (*pictura*) *Pictorum traxerunt Fabii .. principesque eius cognominis ipse aedem Salutis pinxit a. u. c. CCCCL, quae pictura duravit ad nostram memoriam*; Mms. RG. 1[7], 477. — *dedicavit*] an den Nonen des August; s. CIL. I S. 398; vgl. zu 9, 46, 6.

2. Cleonymus überfällt die Veneter. Diod. 20, 104.

1. *Cleonymo*] er war der Sohn des spartanischen Königs Kleomenes II.; gleich dem Epirotenkönig Alexander (s. 8, 24, 2) von den Tarentinern gegen die Römer und Lukaner zu Hülfe gerufen, hatte er während des Samnitenkrieges die letzteren genötigt, sich mit Tarent zu verbinden; dann war er in Corcyra geblieben, von wo aus er jetzt zum zweiten Male in Italien landet; s. Manso, Sparta 3, 1, 255; Philologus 23, 76. — *Thurias*]* — *Sallentinis*] früher, als Bundesgenossen der Tarentiner, von den Römern bekriegt (s. 9, 42, 4), hatten sie wahrscheinlich mit diesen nach der Beendigung des samnitischen Krieges Frieden schliefsen müssen und werden jetzt von ihnen geschützt. Indes lag Thurii oder Thuriae in der Nähe der Stelle des früheren Sybaris,

2 adversus hunc hostem consul Aemilius missus proelio uno fugatum conpulit in naves. Thuriae redditae veteri cultori, Sallen-
3 tinoque agro pax parta. Iunium Bubulcum dictatorem missum in Sallentinos in quibusdam annalibus invenio et Cleonymum, prius-
4 quam confligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. circumvectus inde Brundisii promunturium medioque sinu Hadriatico ventis latus, cum laeva inportuosa Italiae litora, dextra Illyrii Liburnique et Histri, gentes ferae et magna ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad litora Venetorum perve-
5 nit. expositis paucis, qui loca explorarent, cum audisset tenue praetentum litus esse, quod transgressis stagna *ex* adverso sint inrigua aestibus maritimis; agros haud procul proximos campe-
6 stres cerni, ulteriora colles videri esse; ostium fluminis praealti, quo circumagi naves in stationem tutam *possent*, vidisse — Meduacus amnis erat —: eo invectam classem subire flumine adverso
7 iussit. gravissumas navium non pertulit alveus fluminis; in leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit.

nicht in dem Lande der Sallentiner, sondern an der Südostgrenze Lukaniens; Liv. hat sich daher entweder geirrt (vgl. Periocha 11) oder eine andere Stadt gemeint (vielleicht *Vria*: Plin. 3, 100; Ὕρία Herodot 7, 170; oder *Rudiae*); vgl. 9, 19, 4.

3. *Italia*] dem eigentlichen Italien, zu dem früher das Gebiet der Veneter nicht gerechnet wurde.

4. *Histri*] durch den Timavus von den Veneti getrennt; s. 43, 1, 5; südlich von denselben an der Ostseite des adriatischen Meeres wohnen die *Illyrii*, zu denen die *Liburni* gehören. — *penitus*] tief hinein.

5. *audisset*]* — *tenue* . .] nur ein schmaler Uferstrich, jetzt litorale di Pelestrina, ziehe sich vor dem Meere hin. — *quod transgressis* . .] wenn man über dieses *litus* . .; s. zu 26, 24, 11: *incipienti*. — *ex adverso**] s. zu 45, 10, 4. — *stagna* . . *inrigua* . .] die Lagunen; Tac. Agr. 20: *aestuaria*. — *aestibus*] Ebbe und Flut; s. Strabo 5, 1, 5, S. 212: μόνα γὰρ ταῦτα τὰ μέρη (an der Küste von Venetien) σχεδόν τι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης ὁμοιοπαθεῖ τῷ ὠκεανῷ καὶ παραπλησίως ἐκείνῳ ποιεῖται τάς τε ἐμπώτεις καὶ πλημμυρίδας, ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου λιμνοθαλάττης γίγνεται μεστόν. — *agros* . .] nicht weit davon (d. h. hinter den Lagunen) könne man zunächst deutlich flaches Land unterscheiden (*cerni**), in weiterer Ferne schienen Hügel zu sein (*videri*).

6. *stationem*] vgl. Plin. 3, 121: *Aedronem* (den Hafen von Patavium) *Meduaci duo* (der *maior* und *minor*) *ac fossa Claudiana* (*faciunt*); Strabo 5, 1, 5, S. 213: ἔχει δὲ (Patavium) θαλάττης ἀνάπλουν ποταμῷ διὰ τῶν ἑλῶν φερομένῳ σταδίων πεντήκοντα καὶ διακοσίων ἐκ λιμένος μεγάλου· καλεῖται δ' ὁ λιμὴν Μεδόακος ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ. — *Meduacus*]* — *eo* . .] hier beginnt der Nachsatz zu *cum audisset*. — *subire*] langsam stromaufwärts fahren.

7. *non pertulit*] trug nicht bis an den in Aussicht genommenen Punkt; vgl. § 11. — *leviora navigia*] Boote. — *vicis colentibus*] bei *colentibus*

ibi egressi praesidio levi navibus relicto vicos expugnant, inflam- 8
mant tecta, hominum pecudumque praedas agunt et dulcedine
praedandi longius usque a navibus procedunt. haec ubi Patavium 9
sunt nuntiata — semper autem eos in armis accolae Galli habe-
bant —, in duas partes iuventutem dividunt. altera in regionem,
qua effusa populatio nuntiabatur, altera, ne cui praedonum obvia
fieret, diverso itinere ad stationem navium — milia autem quat-
tuordecim ab oppido aberat — ducta. in naves paucis custodibus 10
interemptis impetus factus, territique nautae coguntur naves in
alteram ripam amnis traicere. et in terra prosperum aeque in
palatos praedatores proelium fuerat, refugientibusque ad statio-
nem Graecis Veneti obsistunt; ita in medio circumventi hostes 11
caesique; pars capti classem indicant regemque Cleonymum tria
milia abesse. inde captivis proximo vico in custodiam datis pars 12
fluviatiles naves, ad superanda vada stagnorum apte planis alveis
fabricatas, pars captiva navigia armatis conplent profectique ad
classem immobiles naves et loca ignota plus quam hostem timen-

ist an die Bewohner zu denken; vgl. zu 9, 41, 15. — *eam oram*] da die Schiffe stromaufwärts gefahren sind, so kann nur ein an den Flufs grenzender Landstrich, der sich bis an die *stagna* erstreckte, nicht das *tenue litus* § 5 verstanden werden.

8. *praedas*] s. zu 9, 36, 11. — *et . . procedunt*] gehört mit dem letzten Satze eng zusammen und erweitert diesen (*praedas . . et . . praedandi . .*); vgl. 5, 20, 8; 24, 15, 5. — *longius usque*] immer weiter; s. 28, 13, 8; 39, 31, 3.

9. *eos*] ebenso im folgenden *dividunt*, während *Patavium* vorhergeht; s. zu 44, 30, 8. — *habebant*] = *cogebant semper* (*in armis*) *esse*; vgl. Sall. Iug. 79, 3: *quae res eos in bello habuit*; zur Sache s. Einl. 2. — *qua*] näml. *fieri*; s. 5, 6. — *diverso*]* — *stationem*] da die Schiffe nur eine Strecke den Flufs aufwärts gefahren sind (s. § 10 *in alteram ripam amnis*), so ist nicht der § 6 erwähnte Hafen, der nach Plinius durch die in den Meeresarm mündenden Flüsse gebildet wird und nach Strabo 250 Stadien (= 31 *milia passuum*) von der Stadt entfernt ist, sondern die § 8 *egressi . .* angedeutete Stelle gemeint; s. CIL. V 1, S. 219. 267.

10. *paucis**] vgl. § 8. — *interemptis*] auf dem Lande. — *ripam amnis*] s. 21, 26, 6. — *in terra*] auf dem Lande; s. 22, 19, 7; 37, 29, 5; 'zu Lande' = *terra*; s. 21, 41, 4. — *aeque*] ist des Nachdrucks wegen nachgestellt; s. zu 34, 8. — *Veneti*] die Pataver.

11. *pars capti . .*] nachträgliche Beschränkung; vgl. 3, 61, 9. — *regem*] ist nicht eigentlich zu nehmen; = der königliche Prinz. — *tria milia*] so weit nur hatten die Kriegsschiffe gelangen können.

12. *proximo vico*] ist Dativ; *vico* ist, wie § 7: *vicis*, von den Einwohnern gesagt; s. 24, 45, 9; vgl. 9, 42, 9. — *fluviatiles*] dafs die Veneter keine Seeschiffe gehabt haben, folgt aus dieser Notiz nicht. — *ad . . apte . . fabricatas*] s. zu 1, 10, 5. — *planis alveis*] vgl. 21, 26, 9; Flachboote. — *captiva*] s. zu 46, 6. — *ad classem*] s. zu 1, 5, 7. — *timentes*] von den Schiffen gesagt; vgl. zu 27, 31, 3.

13 tes circumvadunt fugientesque in altum acrius quam repugnantes usque ad ostium amnis persecuti captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. 14 Cleonymus vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita, discessit. rostra navium spoliaque Laconum in aede Iunonis veteri fixa multi supersunt 15 qui viderunt Patavii. monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis sollemne certamen navium in flumine oppidi medio exercetur.

3 Eodem anno Romae cum Vestinis petentibus amicitiam 2 ictum est foedus. multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare ab Arretinorum seditionibus motu orto nuntiabatur, ubi Cilnium genus praepotens divitiarum invidia pelli armis coeptum; simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta 3 erat, quattuor milibus hominum scriptis. itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator magistrum equitum 4 sibi legit M. Aemilium Paulum. id magis credo quam Q. Fabium

13. *fugientesque .. acrius quam ..*] sie hatten es eiliger mit der Flucht als mit dem Widerstande; doch zeigt der Komparativ *acrius*, dafs sie nicht sofort den Widerstand aufgaben.

14. *fixa*] s. 7, 9. — *veteri**] diese Form des Abl. findet sich öfters bei Dichtern; Liv. sagt sonst *vetere*. — *viderunt*] zu Liv.' Zeit waren sie nicht mehr vorhanden; während die nachher erwähnte Gedächtnisfeier noch fortbestand.

15. *sollemne*]* — *oppidi* medio*] s. 5, 54, 4; 28, 6, 2; 42, 58, 9.

3—5. Bündnis mit den Vestinern; die Kolonie Carseoli; Krieg mit den Marsern und Etruskern.

1. *Vestinis*] warum diese abgesondert von den übrigen sabellischen Völkern (s. 9, 45, 18) Frieden schliefsen, wird nicht bemerkt; sie werden abhängige Bundesgenossen und stellen den Römern Truppen; s. 44, 40, 6: *Vestina cohors*. — *multiplex*] thatsächlich nur von zwei Seiten.

2. *ab .. seditionibus .. orto*] s. zu 6, 11, 2; 24, 24, 5: *ab re .. ortus*. — *nuntiabatur*] s. 4, 53, 3. Der 9, 41, 7 erwähnte Waffenstillstand ist abgelaufen, nicht so der der Arretiner; s. 9, 37, 12. — *Cilnium**] *Cuelne* auf Grabinschriften bei Siena und Sovana genannt; ein Geschlecht, aus dem mütterlicherseits Maecenas stammte. Ähnliche Streitigkeiten s. 4, 58, 2. — *genus*] s. zu 2, 46, 4. — *Carseoli*] westlich von Alba; es ist aus denselben Gründen wie dieses angelegt und wird von den Marsern (vgl. 13, 1) wie Alba von den Äquern (s. zu 1, 7) angegriffen. — *scriptis*] näml. *in eam*; vgl. 8, 16, 14.

3. *Valerius Maximus*] nach den kapitolinischen Fasten ist es *M. Valerius Corvus*, der an u. St. mit dem älteren Beinamen der Valerier *Maximus* (s. CIL. I S. 284) genannt sein müfste; es ist aber zu bezweifeln, dafs Liv. ihn für diesen gehalten hat, weil er sonst die Unterordnung des Fabius (§ 5: *ea aetate ..*) unter den älteren Valerius nicht als so auffallend betrachtet haben würde. — *Aemilium*] er war einer der Konsuln des Jahres; s. 1, 7.

4. *magis credo*] s. 5, 46, 11. —

ea aetate atque eis honoribus Valerio subiectum; ceterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim. profectus 5
dictator cum exercitu proelio uno Marsos fundit; conpulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plestinam, Fresiliam intra dies paucos cepit et parte agri multatis Marsis foedus restituit. tum 6
in Etruscos versum bellum; et cum dictator auspiciorum repetendorum causa profectus Romam esset, magister equitum pabulatum egressus ex insidiis circumvenitur signisque aliquot amissis foeda militum caede ac fuga in castra est conpulsus. qui terror 7
non eo tantum a Fabio abhorret, quod, si qua alia arte, cognomen suum aequavit [tum] maxume bellicis laudibus, sed etiam quod 8
memor Papirianae saevitiae numquam, ut dictatoris iniussu dimicaret, adduci potuisset.

Nuntiata ea clades Romam maiorem, quam res erat, terro- 4
rem excivit. nam ut exercitu deleto ita iustitium indictum, 2
custodiae in portis, vigiliae vicatim actae, arma tela in muros congesta. omnibus iunioribus sacramento adactis dictator ad exer- 3
citum missus omnia spe tranquilliora et conposita magistri equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quae signa 4
amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit, exercitum

— *ea aetate*] s. 3, 35, 3. — *subiectum*] untergeordnet; s. 2, 2, 2. — *ex Maximi cognomine*] Liv. nimmt an, dafs der Zuname Maximus von dem Diktator auf den Magister equitum übertragen worden sei (vgl. 9, 15, 11; CIL. I S. 566) und dies den Irrtum veranlafst habe.

5. *conpulsis*] ohne *iis*; statt des Abl. abs. wäre ein Relativsatz wie (*urbes munitas*), *in quas conpulsi erant* deutlicher gewesen; jener ist wohl gewählt, weil die drei genannten Orte nur einen Teil der festen Städte ausmachten, in die sich die Marser zurückgezogen hatten. — *Milioniam*] zwischen Carseoli und Alba; s. 34, 1. — *Plestinam*] an der Grenze von Picenum. — *Fresiliam*] sonst nicht bekannt. — *parte agri*] s. 1, 3. — *foedus*] s. 9, 45, 18.

7. *terror . . abhorret*] es pafst nicht zum Fabius, dafs er sich so habe schrecken lassen. — *cognomen . . aequavit*] er entsprach seinem Beinamen; s. 7, 22, 9; vgl. 9, 46, 15.

8. *potuisset*] s. 14, 17. 46, 7; zu 4, 12, 7.

4. 1. *quam res erat*] der Schrecken war gröfser, als er der Bedeutung der Sache nach hätte sein sollen; s. 33, 8. — *terrorem excivit*] ebenso *tumultum* (*motum*) *exciere*; s. 2, 64, 10; 3, 50, 2; 7, 11, 11; häufiger sind bei diesem Verbum persönliche Objekte.

2. *ut exercitu deleto, ita . .*] = *velut si exercitus deletus esset. — ita . .*] s. zu 2, 53, 2: *tamquam Veis captis ita pavidi Veientes ad arma currunt.* — *vicatim*] nach Strafsen, Quartieren; s. zu 5, 55, 4; anders ist die Bedeutung von *vicus* § 7; 9, 13, 7. — *actae**] vgl. 5, 10, 4: *custodiam agerent.* — *arma tela*] asyndetisch zusammengestellt, wie 29, 4, 2; 36, 18, 1; zu 21, 28, 2. Man fürchtete einen Überfall.

3. *omnibus iunioribus*] s. 9, 43, 5.

4. *cohortes*] genauer § 9: *manipuli.* — *destitutas*] zur Strafe; s. 7, 13, 3; 27, 13, 9: *centuriones manipulorum, quorum signa amissa*

avidum pugnae, quo maturius ignominia aboleretur. itaque con-
festim castra inde in agrum Rusellanum promovit. eo et hostes
secuti, quamquam ex bene gesta re summam et in aperto certa-
mine virium spem habebant, tamen insidiis quoque, quas feliciter
experti erant, hostem temptant. tecta semiruta vici per vastatio-
nem agrorum deusti haud procul castris Romanorum aberant. ibi
abditis armatis pecus in conspectum praesidii Romani, cui prae-
erat Cn. Fulvius legatus, propulsum. ad quam inlecebram cum
moveretur nemo ab Romana statione, pastorum unus progressus
sub ipsas munitiones inclamat alios cunctanter ab ruinis vici pe-
cus propellentes, quid cessarent, cum per media castra Romana
tuto agere possent. haec cum legato Caerites quidam interpre-
tarentur et per omnes manipulos militum indignatio ingens esset
nec tamen iniussu moveri auderent, iubet peritos linguae adten-
dere animum, pastorum sermo agresti an urbano propior esset.
cum referrent sonum linguae et corporum habitum et nitorem
cultiora quam pastoralia esse, 'ite igitur, dicite', inquit, 'detegant
nequiquam conditas insidias: omnia scire Romanum nec magis
iam dolo capi quam armis vinci posse.' haec ubi audita sunt et
ad eos, qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente
ex latebris est et in patentem ad conspectum undique campum
prolata signa. visa legato maior acies, quam quae ab suo praesi-
dio sustineri posset. itaque propere ad dictatorem auxilia acci-
tum mittit; interea ipse impetus hostium sustinet. nuntio adlato
dictator signa ferri ac sequi iubet armatos. sed celeriora prope
omnia imperio erant; rapta extemplo signa armaque, et vix ab im-

fuerant, destrictis gladiis discinctos destituit. Zu *sine tentoriis* vgl. Pol. 6, 38: ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν.

5. *Rusellanum*] in das westliche Etrurien.

6. *virium spem*] s. 3, 11, 2; sie trauten ihrer Kraft und erhofften von ihr den Sieg.

7. *semiruta*] s. zu 5, 49, 4. — *per vastationem*] s. zu 4, 12, 2. — *procul castris . . aberant*] s. zu 33, 15, 6. — *conspectum*]* — *praesidii*] Vorposten; sogleich *statio* genannt.

8. *pastorum unus*] s. zu 24, 28, 1. — *inclamat*] vgl. 1, 25, 9.

9. *Caerites*] die als *socii* im römischen Heere dienten. — *moveri**] s. § 8; 7, 14, 8; 37, 18, 8; 43, 21, 1.

10. *nitorem*] nicht von der Sonne gebräunt; vgl. 28, 35, 7: *nitidius.* — *cultiora*] feiner; vgl. 4, 44, 11: *amoenior cultus*; 8, 15, 7: *mundior cultus*; dagegen 7, 4, 7: *rusticus cultus.* — *ite*] s. zu 9, 4, 16. — *nec magis*] vgl. 2, 16, 9.

11. *consurrectum*] s. 9, 25, 8.

12. *accitum*] dieses Supinum findet sich nur noch bei einem späten Schriftsteller; zu der Verbindung des Supinums mit einem Objektsaccusativ s. zu 25, 18, 10. — *impetus*] s. 1, 5, 4; anders 5, 2.

5. 1. *celeriora . . imperio*] vgl. zu 23, 19, 11: *citatior solito.*

petu et cursu tenebantur. cum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increscente certamine. urgent itaque alii alios hortanturque signiferos, ut ocius eant; 3 quo magis festinantes videt dictator, eo inpensius retentat agmen ac sensim incedere iubet. Etrusci contra, principio exciti pugnae, 4 omnibus copiis aderant; et super alios alii nuntiant dictatori omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam nec iam ab suis resisti posse, et ipse cernit ex superiore loco, in quanto discrimine praesidium esset. ceterum satis fretus, esse etiam nunc to- 5 lerando certamini legatum nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem, ut integris adoriatur viribus fessos. quamquam lente procedunt, iam tamen ad impetum 6 capiundum, equiti utique, modicum erat spatium. prima incedebant signa legionum, ne quid occultum aut repentinum hostis timeret; sed reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent. pariter sustulit clamorem acies, 7 et emissus eques libero cursu in hostem invehitur inconpositis-

2. *impetu et cursu*] d. h. der Angriff, den sie im Sturmschritt machen wollen. — *tenebantur*] im vorhergehenden sind die Soldaten das logische Subjekt. — *ab accepta . . clade*] vgl. 4, 6; 2, 51, 6: *ex hac clade atrox ira*; 25, 15, 5: *ira in Romanos propter obsides interfectos*; gewöhnlich giebt Liv. den in einer Gemütsbewegung liegenden Beweggrund nur durch *ab* (= 'infolge') an, wie *ab odio, a spe, ab ira*; s. 42, 7. 45, 14; zu 3, 15, 7; analog ist auch *ab increscente certamine* gesagt. — *concitatior accidens*] s. 8, 39, 4; über *clamor* s. 4, 37, 9. — *increscente*] s. 1, 33, 8.

4. *omnibus copiis*] s. zu 5, 53, 6. — *super alios alii*] s. zu 6, 10, 8.

5. *satis*] gehört zu *fretus*, wie 23, 16, 11: *satis fidens*; vgl. 28, 35, 11: *satis sperare*. — *fretus, esse . .*] die Konstr. des Acc. c. inf. nach *fretus* ist ungewöhnlich. — *etiam nunc*] s. zu 3, 40, 10. — *tolerando certamini esse*] s. 2, 9, 6; 4, 35, 9; 30, 6, 3; 31, 13, 5; zu *se . . abesse* ist ein entsprechender Begriff aus *fretus* zu entnehmen (etwa *considerans*). — *periculi vindicem*] als Rächer, wenn sie der Gefahr erliegen sollten, d. h. als Retter aus der Gefahr; anders *vindex praedarum* (9, 36, 12), *iniuriae* u. a.

6. *lente*] s. zu 38, 21, 3. — *impetum capiundum*] s. zu 2, 65, 5. — *signa legionum*] Liv. scheint an u. St. an die Adler der Legionen in der späteren Zeit gedacht zu haben (s. 26, 48, 12; 28, 14, 10); gewöhnlich meint er die Fahnen der Manipel; s. 28, 11. — *ne quid . .*] damit der Feind keine Kriegslist oder einen plötzlichen Angriff erwartet, sondern nur die gewöhnliche Kampfart der Römer voraussetzt. — *intervalla . .*] nicht als ob sie sonst zusammengedrängt gestanden hätten, sondern Liv. will wohl sagen, dafs die *intervalla* gröfser als gewöhnlich gemacht waren und vielleicht durch alle drei *acies* hindurchgingen; vgl. 27, 8; 30, 33, 3: *viae patentes inter manipulos*. — *qua*] s. 2, 9; zu 7, 33, 10. — *permitti*] s. 3, 61, 9; vgl. § 7: *equestrem procellam*.

7. *pariter . . et*] beides geschah gleichzeitig; zu *pariter* vgl. 6, 8, 2. — *libero . .*] durch nichts auf-

que adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit.
8 itaque, ut prope serum auxilium iam paene circumventis, ita universa requies data est. integri accepere pugnam, nec ea ipsa
9 longa aut anceps fuit. fusi hostes castra repetunt inferentibusque iam signa Romanis cedunt et in ultimam castrorum partem
10 conglobantur. haerent fugientes in angustiis portarum; pars magna aggerem vallumque conscendit, si aut ex superiore loco tueri
11 se aut superare aliqua et evadere posset. forte quodam loco male densatus agger pondere superstantium in fossam procubuit; atque ea, cum deos pandere viam fugae conclamassent, plures in-
12 ermes quam armati evadunt. hoc proelio fractae iterum Etruscorum vires, et pacto annuo stipendio et duum mensum frumento permissum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam.
13 pax negata, indutiae biennii datae. dictator triumphans in urbem rediit. habeo auctores sine ullo memorabili proelio pacatam ab dictatore Etruriam esse seditionibus tantum Arretinorum conpo-
14 sitis et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. consul ex dictatura factus M. Valerius. non petentem atque adeo etiam absentem creatum tradidere quidam et per interregem ea comitia facta; id unum non ambigitur, consulatum cum Apuleio Pansa gessisse.

gehalten, d. h. in vollem Laufe. — *inconpositis*] bereits im Kampfe mit den Fufssoldaten, sind die Reihen nicht so geordnet, wie es gegen einen Reiterangriff nötig ist.

8. *auxilium*] ein passendes Prädikat (*latum*) ist aus *data* zu entnehmen. — *universa*] vollständig; sie wurden aus dem Kampfe entlassen. Der Gebrauch des Wortes ist ungewöhnlich, etwas verschieden 4, 27, 5; 7, 11, 1; 22, 19, 6 u. a.

9. *inferentibus*] näml. *in castra*.

10. *si*] um zu versuchen, 'ob'; s. zu 1, 57, 3.

11. *superstantium*] hier ohne Dativ, wie 44, 9, 8; vgl. 28, 9. — *viam fugae*] vgl. 27, 49, 2: *via mortis*; Verg. Aen. 6, 96: *via salutis*.

12. *iterum*] s. 9, 39, 11. — *mensum*] s. zu 9, 33, 6. — *frumento*] s. 9, 43, 6. 21.

13. *triumphans*] nach den Triumphalfasten *M. Valerius Corvus dict. II. an. CDLII. k. Decembr. de Marseis et Etrusceis*; s. CIL. I S. 456; Eph. epigr. 1, 158. — *sine ullo . .*] wahrscheinlich sind die ruhmvollen Thaten des Diktators Valerius dem Annalisten Valerius Antias entnommen. — *Cilnio*]* — *cum plebe*] die von den Lukumonen unterdrückte Klasse (s. 3, 2) scheint dieselben von der Regierung verdrängt und eine Volksherrschaft eingeführt zu haben. — *ex*] unmittelbar nach.

14. *M. Valerius*] nach den Konsularfasten ist es das fünfte Konsulat desselben; vgl. 8, 16, 4. — *atque adeo etiam*] doppelte Steigerung: vielmehr sogar; gewöhnlich heifst es nur *atque adeo*. — *tradidere*]* — *facta*] selten statt des gewöhnlichen *habita*; vgl. 3, 10, 8. — *non ambigitur*] ebenso die Konsularfasten, doch schieben diese zwischen die hier und 1, 7 genannten Konsuln das vierte Diktatorjahr ein (*Q. Fabius M. f. N. n. Maximus II. dict. rei ger. c. M. Aimilius L. f. L. n. Paullus mag. eq. hoc anno*

M. Valerio et Q. Apuleio consulibus satis pacatae foris res 6
fuere: Etruscum adversa belli res et indutiae quietum tenebant; 2
Samnitem multorum annorum cladibus domitum hauddum foederis novi paenitebat. Romae quoque plebem quietam ut exone- 3
ratam deducta in colonias multitudo praestabat. tamen, ne undique tranquillae res essent, certamen iniectum inter primores civitatis, patricios plebeiosque, ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis, qui undique criminandorum patrum apud plebem occasio- 4
nibus quaesitis, postquam alia frustra temptata erant, eam actionem susceperunt, qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebeios, quorum hono- 5
ribus nihil praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, deesset. rogationem ergo promulgarunt, ut, cum quattuor au- 6
gures, quattuor pontifices ea tempestate essent placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor pontifices, quinque augures de plebe omnes adlegerentur. quem ad modum ad quattuor au- 7

dictator et magister eq. sine cos. fuerunt) und lassen dann, jedoch nur nach unsicherer Ergänzung (abweichend von 3, 3) folgen: *M. Valerius M. f. M. n. Corvus II. dict. rei ger. c. P. Sempronius .. Sophus mag. eq.*; s. CIL. I S. 433. 566. Da Liv. dieses Jahr so wenig zählt als die übrigen (s. zu 8, 17, 5), so ist er von jetzt an um drei Jahre hinter den Fasten zurück, M. Valerius und Q. Apuleius sind nach ihm 451 a. u. c., nach den Fasten 454 a. u. c. Konsuln.

6—9. Das Ogulnische und Valerische Gesetz.

6, 2. *adversa* belli res*] s. zu 4, 55, 5: *adversa civitatis res.* — *hauddum*] s. 25, 10.

3. *ut* exoneratam*] weil von einer Last befreit; vgl. den entsprechenden bildlichen Gebrauch 42, 13, 12: *liberata et exonerata fide*; wodurch die Entlastung herbeigeführt ist, zeigt das folgende *deducta .. — deducta in colonias*] vgl. 1, 2; Liv. denkt an die Bürgerkolonieen in der Zeit nach den Gracchen, welche, um die Bürger zu versorgen, ausgeführt wurden, während die jetzt gegründeten zur Befestigung der römischen Herrschaft dienen, und *coloniae latinae* sind, in welche jedoch auch Römer treten konnten; s. 9, 24, 15. — *ne undique*] vgl. 1, 4. — *Ogulniis*]*

4. *patrum .. plebem*] ist hier wohl der bei Liv. so häufige Gegensatz von Senat und Plebs, § 3 der zwischen der patrizischen und plebejischen Nobilität. — *actionem*] s. 9, 33, 5. — *infimam plebem*] es sind die *humiles* (9, 46, 11) gemeint, denen an Stellen, die sie doch nicht erlangten, wenig liegen konnte.

5. *sacerdotia*] darunter auch das Augurat; s. § 6; 1, 18, 6. — *deesset*]*

6. *cum ..*] die Motive waren also in die Rogation aufgenommen; s. 8, 12, 16. — *placeretque*] ist so gesagt, als ob der Beschluſs über die Vermehrung schon gefaſst sei und Ogulnius dies benutzt habe, um darauf anzutragen, daſs Plebejer gewählt werden sollten; s. 4, 43, 4. — *quattuor*] s. 9, 2. — *pontifices .. augures*] beide Kollegien hatten bedeutenden Einfluſs auf die Regierung des Staates; s. 8, 23, 14. — *adlegerentur*] vgl. 4, 4, 7; bezeichnet die Kooptation; denn der Sinn

gurum numerum, nisi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non invenio, cum inter augures constet inparem numerum debere esse, ut tres antiquae tribus, Ramnes, Titienses, Luceres, 8 suum quaeque augurem habeant aut, si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent, sicut multiplicati sunt, cum ad quattuor quinque adiecti novem numerum, ut terni in 9 singulas essent, expleverunt. ceterum, quia de plebe adlegebantur, iuxta eam rem aegre passi patres, quam cum consulatum 10 vulgari viderent. simulabant ad deos id magis quam ad se pertinere: ipsos visuros, ne sacra sua polluantur; id se optare tan- 11 tum, ne qua in rem publicam clades veniat. minus autem tetendere, adsueti iam tali genere certaminum vinci; et cernebant

des Antrags ist, dafs die Kollegien der *augures* und *pontifices* gehalten sein sollen, Plebejer zu kooptieren; s. Lange 2, 589.

7. *morte duorum*] Liv. nimmt an, dafs sechs Augurn gewesen seien, und scheint auch in dieser Zahl den sogleich erwähnten *numerus impar* zu finden, so dafs er, wenn er sich nicht widersprechen soll, mit den Worten *cum .. esse* nicht sagen kann, es müsse überhaupt immer eine ungleiche Zahl sein (auch sonst ist diese in den römischen Staats- und Kultusverhältnissen selten; s. Mms. Chron. S. 15), sondern nur, die ungleiche Zahl drei müsse immer der Zahl der Augurn zu Grunde liegen, d. h. die letztere müsse immer durch drei teilbar sein, und wenn sie vermehrt werde, müfsten immer drei oder eine mit drei multiplizierte Zahl (6, 9, 12 usw.) hinzugefügt werden, wie es jetzt 9, später (s. Per. 89) durch Sulla 15 Augurn werden. Den Grund dieser Einrichtung findet er, wahrscheinlich nach der Lehre der Augurn, in der Zahl der alten Tribus, die immer festgehalten werden müsse. Wie Liv., berichtet Cicero de rep. 2, 26: *idemque Pompilius .. ad pristinum numerum* (nach 2, 16 mit dem König 4) *duo augures addidit et sacris e principum numero pontifices quinque praefecit*; vgl. Mms. StR. 2^2, 20, 7. 21, 1. — *antiquae tribus*] im Gegensatze zu den lokalen Tribus (s. 1, 43, 13) die drei alten Stammtribus, welche Liv. 1, 13, 8 nicht erwähnt hat.

8. *sacerdotes*] damit sind hier die Augurn gemeint; s. § 6. — *multiplicent*] hängt von *ut* ab; *inter se*, auf das Subjekt in *multiplicent* (die drei Tribus) bezogen, gehört zu *pari* in dem Sinne, dafs jede Tribus immer die gleiche Zahl wie die andere erhielt (s. zu 2, 6, 3), die drei aber die Normalzahl blieb. Es können also regelmäfsig nicht vier Augurn gewesen sein. — *in singulas essent*] 'auf die einzelnen kämen'; vgl. 2, 33, 11: *in capita*. — *expleverunt*] vgl. 8, 11, 14.

9. *adlegebantur*] nach der Rogation kooptiert werden sollten; vgl. 34, 1, 7. — *iuxta .. quam*] eine seltene Verbindung, die Liv. hier vielleicht wählte, um *ac cum* zu vermeiden; vgl. 22, 31, 3: *iuxta .. ac si*. Nach *alius* und *non alius* folgt bei Liv. ganz gewöhnlich *quam*; s. zu 2, 27, 7; vgl. 5, 43, 8: *nec secus quam*. — *vulgari*] s. 23, 10; 4, 1, 3.

10. *ad deos ..*] s. 6, 41, 4. — *ipsos*] sie selbst ohne Zuthun der Menschen. — *polluantur*] vgl. 4, 1, 2: *contaminari*.

11. *tetendere**] s. zu 23, 14, 8. — *adsueti .. vinci*] s. 41, 2; 2, 6, 11;

adversarios non, id quod olim vix speraverint, adfectantes magnos honores, sed omnia iam, in quorum spem dubiam erat certatum, adeptos, multiplices consulatus censurasque et triumphos. cer- 7
tatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem. qui cum eadem ferme 2
de iure patrum ac plebis, quae pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant, cum plebeis consulatus rogabatur, disseruissent, rettulisse dicitur Decius parentis sui speciem, qualem 3
eum multi, qui in contione erant, viderant, incinctum Gabino cultu super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis devovisset: tum P. Decium consulem purum pium- 4
que deis inmortalibus visum, aeque ac si T. Manlius collega eius devoveretur; eundem P. Decium, qui sacra publica populi 5
Romani faceret, legi rite non potuisse? id esse periculum, ne suas preces minus audirent di quam Ap. Claudi? castius eum

23, 40, 10; vgl. 35, 2 und zu 5, 43, 8. — *iam*]* — *olim*] deutet an, dafs es eine Zeit gab, in der die Plebejer nicht einmal die Hoffnung gehabt hatten, nach den hohen Ehrenstellen (mit Erfolg) streben zu können; vgl. 4, 35, 6. — *speraverint*] nach *cernebant*, wie 7, 4, 4: *dabat .. dederit*; s. zu 39, 28, 6. — *omnia*] wird erklärt durch *multiplices .. triumphos — in quorum spem dubiam ..*] um das auf ungewisse Hoffnung hin, d. h. mit ungewisser Hoffnung (auf Erfolg) gestritten worden war; s. zu 6, 11, 5. — *certatum*]*

7. 1. *suadenda dissuadendaque*] vgl. zu 43, 16, 8. — *inter .. et inter*] vgl. Hor. Ep. 1, 2, 12: *lites inter Peliden et inter Atriden*. — *Ap. Claudium*] dieser tritt hier wie 15, 7 als Vertreter der Aristokratie auf, im Gegensatz zu seiner Politik als Censor; s. zu 9, 33, 5.

2. *lege Licinia*] s. Mms. StR. 2^2, 76. — *contraque eam*] vgl. zu 29, 19, 10; anders 9, 32, 9. — *plebeis consulatus rogabatur*] *consulatum rogare* ist hier gesagt wie *consulem, aedilem rogare* (s. 3, 64, 10; 6, 42, 14); von dem Begriff *consulatum rogare* hängt der Dativ *plebeis* ab, st. *rogabatur, ut plebeis consulatus daretur*; die Verbindung ist ungewöhnlich. Das Imperf. *rogabatur* ist entweder conatus, wie 6, 8 *adlegebantur*, oder es bezieht sich auf die ganze Zeit, in der über die Rogation verhandelt wurde.

3. *rettulisse*] er habe, während er die Rede hielt, das Bild seines Vaters wieder vergegenwärtigt; vgl. 30, 9; 26, 19, 7; Tac. Germ. 20. — *multi*] es war 40 Jahre vorher geschehen. — *incinctum Gabino cultu*] s. 5, 46, 2; 8, 9, 9. — *Romanis*] gehört auch zu *populo*.

4—5. Die Plebejer sind ebenso fromm wie die Patrizier.

4. *purum*] s. zu 4, 1, 2. — *visum*] wie der Erfolg gezeigt habe. — *Manlius*] der Patrizier vom reinsten Blute. — *devoveretur*] durch den die Weihe vollziehenden Priester; s. 28, 15: *se iusserat devoveri*; die Zeit ist durch *tum* bestimmt.

5. *legi*] näml. von den *pontifices* oder *augures* als *pontifex* oder *augur*; s. 3, 32, 3; 45, 44, 3; bestimmter ist *cooptare*; vgl. zu 9, 2. — *rite*] in regelmäfsiger (s. 1, 8, 1) und somit gottgefälliger Weise. — *preces*] das Zweite, was nächst den Opfern von den Priestern verrichtet wird. Mit

6 sacra privata facere et religiosius deos colere quam se? quem paenitere votorum, quae pro re publica nuncupaverint tot consules plebei, tot dictatores, aut ad exercitus euntes aut inter ipsa
7 bella? numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri coeptae sint; numerarentur triumphi:
8 iam ne nobilitatis quidem suae plebeios paenitere. pro certo habere, si quod repens bellum oriatur, non plus spei fore senatui
9 populoque Romano in patriciis quam in plebeis ducibus. ‘quod cum ita se habeat, cui deorum hominumve indignum videri potest’ inquit ‘eos viros, quos vos sellis curulibus, toga praetexta, tunica palmata et toga picta et corona triumphali laureaque honoraritis, quorum domos spoliis hostium adfixis insignes inter alias

suas und *se* geht der Redende von seinem Vater auf sich über; was von jenem gelte, gelte auch von ihm und anderen Plebejern, die Furcht der Patrizier sei grundlos. — *castius .. religiosius*] entspricht dem vorhergehenden *purum piumque*. — *sacra privata ..*] erklärt sich aus § 12: *ut quos privatim ..* Der Plebs war bis jetzt nur eine Privatverehrung der römischen Götter, keine thätige Teilnahme an der Staatsreligion gestattet (mit der alleinigen, 8, 2 erwähnten Ausnahme); vgl. 4, 2, 6. Also: da die Plebejer die *sacra* mit ebenso grofser Reinheit und Frömmigkeit als die Patrizier verrichten, werden sie auch die öffentliche Verehrung in gleicher Weise besorgen können.

6—8. Die Erfahrung hat gezeigt, dafs die Götter die Amtsthätigkeit der Plebejer segnen.

6. *paenitere*] s. § 7; 6, 23, 9. — *pro re publica*] die Hauptsache, entsprechend den *sacra publica*. — *nuncupaverint*] s. zu 8, 9, 8.

7. *quibus*] ‘in denen’, ist in Bezug auf *geri coeptae sint* ungenau, da der Anfang nur in einem Jahre eintreten konnte. — *auspicio*] darauf liegt der Nachdruck, denn in diesen haben die Götter ihren Willen kund gegeben; s. 8, 9. — *sint*]* — *numerarentur triumphi*] enthält dem Sinne nach den fehlenden Nachsatz zum Vorhergehenden: sie würden viele Triumphe als Zeichen der göttlichen Unterstützung finden. — *iam ne nobilitatis quidem ..*] d. h. die Plebejer hätten bereits die von den Patriziern so hoch gestellte *nobilitas*; vgl. 6, 37, 11; *ne .. quidem*: ist gesagt im Hinblick auf das Konsulat.

9—12. Die bereits von den Plebejern erlangten Staatsämter (§ 9 bis 12), noch mehr das ihnen schon übertragene Priestertum (8, 1—2) zeigen, dafs sie fähig und würdig sind, die Priestertümer zu übernehmen.

9. *quod .. habeat*] leitet die Folgerung ein; s. 5, 54, 6. Über den Wechsel der Rede s. 35, 14; 9, 17, 16; zu 1, 13, 3. — *sellis .. praetexta*] die Insignien der Magistrate; *tunica .. laureaque*: die der Triumphatoren. — *et .. et .. que*] nach dem Asyndeton; s. 24, 10, 7 (oft in der Prodigienaufzählung). — *tunica palmata ..*] vgl. 5, 41, 2. — *corona triumphali*] vgl. Plin. 33, 11: *cum corona ex auro Etrusca sustineretur a tergo, anulus tamen in digito ferreus erat aeque triumphantis et servi fortasse coronam sustinentis*; Zon. 7, 21: *οἰκέτης μέντοι δημόσιος ἐπ᾽ αὐτοῦ παρωχεῖτο τοῦ ἅρματος, τὸν στέφανον τῶν λίθων τῶν χρυσοδέτων ὑπερανέχων αὐτοῦ*. Den Lorbeerkranz hatte der Triumphator auf dem Haupte; s. Dion. 2, 34: *δάφνῃ κατεστεμμένος τὰς κόμας*. — *spoliis*] diese wurden

feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adicere? qui Iovis 10
optimi maximi ornatu decoratus curru aurato per urbem vectus
in Capitolium ascenderit, is *non* conspicietur cum capide ac lituo,
non capite velato victimam caedet auguriumve ex arce capiet?
cuius *in* imaginis titulo consulatus censuraque et triumphus aequo 11
animo legetur, si auguratum aut pontificatum adieceritis, non
sustinebunt legentium oculi? equidem — pace dixerim deum — 12
eos nos iam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis
non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperi-
mus, et deorum magis quam nostra causa expetamus, ut, quos
privatim colimus, publice colamus. quid autem ego sic adhuc 8
egi, tamquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis et non

in dem Hause des triumphierenden Feldherrn (s. 38, 43, 11) oder derer, welche der Feldherr wegen ihrer Tapferkeit mit denselben beschenkt hatte, aufgehängt; s. 23, 23, 6; Suet. Nero 38; Marq. StVw. 2, 560. — *adfixis*] vgl. 2, 14. — *feceritis*] das Volk gestattete den Triumph gewöhnlich nur insofern, als es für den Tag desselben das Imperium erteilte; s. zu 8, 26, 7; vgl. jedoch 6, 42, 8. — *adicere*] zu den eben erwähnten *insignia*. Der Sinn ist: dafs ihr durch die Annahme der Rogation diesen Männern es möglich macht usw.; ebenso § 11: *adieceritis*; vgl. Tac. H. 1, 77.

10. *Iovis .. ornatu*] die *toga picta* und *tunica palmata* wurde für den Triumph aus dem Tempel des Iuppiter genommen, der Triumphator repräsentierte den Iuppiter selbst; s. 5, 41, 2; vgl. Plin. 33, 111: *Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio inlini solitam triumphantiumque corpora*; Preller RM. 184. — *per urbem*] vom campus Martius durch den circus Flaminius, die porta Carmentalis, den circus maximus, über die via sacra auf das Kapitol. — *capide*] s. Varro L. L. 5, 121: *capis .. a capiendo, quod ansatae, ut prehendi possent i. e. capi*; Cic. de nat. d. 3, 43: *capeduncula*. — *lituo*] s. 1, 18, 7. — *capite velato*] ist als besonderes, auf beide Amtsthätigkeiten zu beziehendes Moment hervorgehoben, da mit verhülltem Haupte nicht allein Auspicien gehalten (s. 1, 18, 7), sondern auch fast alle Opfer dargebracht wurden; s. zu 1, 7, 10. — *victimam caedit*] eine andere Bezeichnung des Pontifikates als *cum capide*; ebenso entsprechen sich in Bezug auf das Augurat *cum lituo* und *auguriumve .. capiet*. — *ex arce*] auf dieser war das *auguraculum*; s. 1, 18, 6.

11. *imaginis titulo*] s. zu 4, 16, 4. Die plebejischen *nobiles* haben bereits das *ius imaginum*; s. Mms. StR. 1², 426.

12. *pace deum*] die Götter mögen mir deshalb nicht zürnen. — *beneficio*] näml. durch die Wahl zu den höchsten Ehrenstellen. — *dignatione*] hier = Ansehen, Würde; s. zu 2, 16, 5; vgl. 8, 7: *decora*; zum Gedanken vgl. 26, 12, 8. — *deorum magis ..*] anders 6, 10. — *publice*] dafs wir im Namen des Staates und für denselben die Götter verehren dürfen; vgl. § 5.

8. 1. *sic .. tamquam*] s. 8, 33, 13. — *integra*] d. h. als ob in der Sache noch nichts geschehen, noch keine Entscheidung getroffen sei; vgl. 25, 17; 3, 10, 13; 9, 42, 10; wird bestimmter ausgedrückt durch *et non ..* — *de sacerdotiis*] gehört zu *causa patriciorum*; s. zu 28, 35, 1.

2 iam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii? decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllae ac fatorum populi huius interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri caerimoniarumque
3 aliarum plebeios videmus. nec aut tum patriciis ulla iniuria facta est, cum duumviris sacris faciundis adiectus est propter plebeios numerus, et nunc tribunus, vir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quattuor pontificum adicit, in quae plebei nominentur,
4 non ut vos, Appi, vestro loco pellant, sed ut adiuvent vos homines plebei divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis
5 pro parte virili adiuvant. noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti, cuius tam dictatoris magister equitum quam
6 magistri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam, principem nobilitatis vestrae, seu Attium Clausum seu Appium Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt: *tu* ne
7 fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobis-

2. *decemviros*] s. 3, 10, 7; zu 6, 42, 2. — *fatorum populi*] vgl. 28, 13. — *interpretes*] insofern sie die sibyllischen Sprüche (mit Hülfe griechischer Dolmetscher) wahrscheinlich nach gewissen Regeln, die als Geheimnis bewahrt wurden, deuteten; Marq. StVw. 3, 367. — *antistites* ..] die zweite Funktion der *decemviri*, sie sind Priester des Apollo; s. Preller RM. 132. — *Apollinaris sacri*] der Kultus des Apollo in dem Tempel desselben; s. 7, 20, 9. — *caerimoniarumque aliarum*] die Lektisternien, Apollinarspiele in späterer Zeit und andere nach den sibyllinischen Büchern eingeführte Kulte; vgl. 25, 12, 3.

3—4. Den Patriziern geschieht kein Unrecht.

3. *aut*]* — *duumviris*]* — *numerus*] eine bestimmte, und zwar die gleiche Zahl. — *et nunc*] sollte dem vorhergehenden *nec aut tum* entsprechen: Anakoluth; vgl. zu 2, 24, 5. — *fortis ac strenuus*] s. zu 28, 40, 4. — *adicit**] in seiner Rogation; s. 6, 6. Es wird hier nur auf einen Ogulnier hingewiesen; vermutlich war einer der eigentliche Antragsteller, der andere nur *subscriptor*. — *nominentur*] vgl. 26, 23, 8: *nominatio .. est facta*; Suet. Claud. 22: *in cooptandis sacerdotibus neminem nisi iuratus nominabat*; s. Mms. StR. 2^2, 23, 2.

4. *vestro loco pellant*] dies würde nicht in Rücksicht auf das Pontifikat, wohl aber in Bezug auf das Augurat eintreten, wenn die Voraussetzung des Liv. 6, 7 richtig ist; s. Marq. StVw. 3, 232. — *divinis .. rebus procurandis .. in ceteris*] bei *ceteris* konnte *in* nicht fehlen, wie vorher bei der Gerundivkonstruktion; vgl. 6, 37, 6. — *ceteris*] wie *alii* (= 'sonst') gebraucht; s. zu 4, 11, 8; vgl. 7, 37, 6; 21, 54, 5; 33, 37, 4; Tac. H. 4, 56. — *pro parte virili*] s. zu 3, 71, 8.

5—7. Ebenso wenig ist es eine Schande für die Patrizier, wenn Plebejer Priesterstellen erlangen.

5. *noli erubescere .. habere*] s. zu 45, 35, 5.

6. *nobilitatis*]* — *seu Attium** *Clausum* ..] s. 2, 16, 4; d. h. mögt ihr ihn nun lieber mit seinem sabinischen oder mit seinem römischen Namen nennen wollen; s. Schwegler 2, 57 f. — *patricii .. acceperunt*] s. 4, 3, 14. — *ne fastidieris*] vgl. 7, 40, 12; 40, 14, 9.

7—12. Die Ansprüche der Patrizier auf politische und religiöse

